

omnis honor et glória
per ómnia sæcula sæculórum.

Amen.

RITUS COMMUNIONIS

Sacerdos dicit:

Præcéptis salutáribus móniti,
et divína institutióne formáti,
audémus dícere:

**Pater noster, qui es in cælis:
sanctificétur nomen tuum;
advéniat regnum tuum;
fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;
et dimítte nobis débíta nostra,
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;
et ne nos indúcas in tentatióne;
sed líbera nos a malo.**

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis,
da propítius pacem in diébus nostris,
ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti,
et a peccáto simus semper líberi
et ab omni perturbatióne securi:
exspectántes beátam spem
et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.
**Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in
sæcula.**

Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis:
Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis:
ne respicias peccáta nostra,
sed fidem Ecclésiæ tuæ;
eámque secúndum voluntátem tuam
pacificáre et coadunáre dignéris.
Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.
Amen.

Pax Dómini sit semper vobíscum.
Et cum spíritu tuo.
Offérte vobis pacem.

RITUS CONCLUSIONIS

*Sequuntur, si necessariae sint, breves annuntiationes ad populum.
Deinde fit dimissio. Sacerdos, versus ad populum, extendens manus,
dicit:*

Dóminus vobíscum.

Populus respondet:

Et cum spíritu tuo.

Sacerdos benedicit populum, dicens:

Benedícat vos omnípotens Deus,
Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

*Et omnes, iuxta locorum consuetudines, pacem, communionem et
caritatem sibi invicem significant.*

*Deinde sacerdos accipit hostiam eamque super patenam frangit, et
particulam immittit in calicem. Interim cantatur vel dicitur:*

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:

miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:

miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:

dona nobis pacem.

*Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam
super patenam vel super calicem tenens, versus ad populum, clara voce
dicit:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.

**Dómine, non sum dignus, ut intres sub téctum
meum,**

sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

*Postea accipit patenam vel pyxidem, accedit ad communicandos, et
hostiam parum elevatam unicuique eorum ostendit, dicens:*

Corpus Christi.

Communicandus respondet:

Amen.

Et communicatur.

Ant. ad communionem (Lc 1,68)

Benedíctus Dóminus Deus Israel,
quia visitávit et fecit redemptionem plebis suæ.

*Deinde, stans ad altare vel ad sedem, sacerdos, versus ad populum,
iunctis manibus, dicit:*

Orémus.

Sacris dápiibus satiátos, beáti Ioánnis Baptístæ nos,
Dómine, præclára comitétur orátio,
et, quem Agnum nostra ablatúrum crímina
nuntiávit, ipsum Fílium tuum poscat nobis fore
placátum. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

Amen.

Populus respondet:

Amen.

*Deinde diaconus, vel ipse sacerdos, manibus iunctis, versus ad
populum dicit:*

Ite, missa est.

Populus respondet:

Deo grátias.

SANCTA MISSA

23 giugno 2018 – In Vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistæ



RITUS INITIALES

*Populo congregato, sacerdos cum ministris ad altare accedit, dum
cantus ad introitum peragitur:*

Hic erit magnus coram Dómino,
et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris
suæ, et multi in nativité eius gaudébunt.

*Sacerdos et fideles, stantes, signant se signo crucis, dum sacerdos, ad
populum conversus, dicit:*

ACTUS PÆNITENTIALIS

*Deinde sequitur actus pænitentialis ad quem sacerdos fideles invitat,
dicens:*

Fratres, agnoscámus peccáta nostra,
ut apti simus ad sacra mystéria celebránda.

*Fit brevis pausa silentii. Postea omnes simul formulam confessionis
generalis perficiunt:*

**Confíteor Deo omnípoténti et vobis, fratres,
quia peccávi nimis
cogitatióne, verbo, ópere et omissióne:**

et, percutientes sibi pectus, dicunt:

mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.

Deinde prosequuntur:

**Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem,
omnes Angelos et Sanctos,
et vos, fratres, oráre pro me
ad Dóminum Deum nostrum.**

Sequitur absolutio sacerdotis:

Misereátur nostri omnípotens Deus
et, dimissis peccátis nostris,
perdícat nos ad vitam ætérnam.

Sequuntur invocationes:

V. Kýrie, eléison. R. **Kýrie, eléison.**

V. Christe, eléison. R. **Christe, eléison.**

V. Kýrie, eléison. R. **Kýrie, eléison.**

Deinde cantatur vel dicitur hymnus:

**Glória in excélsis Deo
et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.
Laudámus te, benedícimus te,**

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Amen.

Grátia Dómini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et
communicátio Sancti Spíritus sit cum ómnibus
vobis.

Et cum spíritu tuo.

**adorámus te, glorificámus te,
grátias ágimus tibi propter magnam glóriam
tuam,
Dómine Deus, Rex cæléstis,
Deus Pater omnípotens.
Dómine Fili Unigénite, Iesu Christe,
Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris,
qui tollis peccáta mundi, miserére nobis;
qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem
nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis.
Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus,
tu solus Altíssimus,
Iesu Christe, cum Sancto Spíritu: in glória Dei
Patris.
Amen.**

Quo hymno expleto, sacerdos, manibus iunctis, dicit:

Orémus.

*Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio
orant.*

Tunc sacerdos, manibus extensis, dicit orationem collectam:

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus,
ut familia tua per viam salutis incédatur,
et, beáti Ioánnis Præcursóris hortaménta sectándo,
ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat,
Dóminum nostrum Iesum Christum.
Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti,
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.
Amen.

LITURGIA VERBI

*Deinde lector ad ambonem pergit, et legit primam lectionem, quam
omnes sedentes auscultant.*

Dal libro del profeta Geremìa

Ger 1,4-10

Nei giorni del re Giosia mi fu rivolta questa
parola del Signore:

«Prima di formarti nel grembo materno, ti ho conosciuto, prima che tu uscissi alla luce, ti ho consacrato; ti ho stabilito profeta delle nazioni». Risposi: «Ahimè, Signore Dio! Ecco, io non so parlare, perché sono giovane». Ma il Signore mi disse: «Non dire: “Sono giovane”. Tu andrai da tutti coloro a cui ti manderò e dirai tutto quello che io ti ordinerò. Non aver paura di fronte a loro, perché io sono con te per proteggerti». Oracolo del Signore. Il Signore stese la mano e mi toccò la bocca, e il Signore mi disse: «Ecco, io metto le mie parole sulla tua bocca.

Vedi, oggi ti do autorità sopra le nazioni e sopra i regni per sradicare e demolire, per distruggere e abbattere, per edificare e piantare». *Ad finem lectionis significandam, lector acclamat:* Verbum Dómini.

Omnes respondent:

Deo grátias.

Psalmistà, seu cantor, psalmum cantat vel dicit, populo responsum proferente. (Sal 70)

R. Dal grembo di mia madre sei tu il mio sostegno.

In te, Signore, mi sono rifugiato, mai sarò deluso.

Per la tua giustizia, liberami e difendimi, tendi a me il tuo orecchio e salvami. **R.** Sii tu la mia roccia, una dimora sempre accessibile; hai deciso di darmi salvezza: davvero mia rupe e mia fortezza tu sei! Mio Dio, liberami dalle mani del malvagio. **R.** Sei tu, mio Signore, la mia speranza, la mia fiducia, Signore, fin dalla mia giovinezza. Su di te mi appoggiai fin dal grembo materno, dal seno di mia madre sei tu il mio sostegno. **R.** La mia bocca racconterà la tua giustizia, ogni giorno la tua salvezza.

Fin dalla giovinezza, o Dio, mi hai istruito e oggi ancora proclamo le tue meraviglie. **R.**

Postea lector secundam lectionem ex ambone legit, ut supra.

Dalla prima lettera di san Pietro apostolo

1Pt 1,8-12

Carissimi, voi amate Gesù Cristo, pur senza averlo visto e ora, senza vederlo, credete in lui. Perciò esultate di gioia indicibile e gloriosa, mentre raggiungete la mèta della vostra fede: la salvezza delle anime.

Su questa salvezza indagarono e scrutarono i profeti, che preannunciavano la grazia a voi destinata; essi cercavano di sapere quale momento o quali circostanze indicasse lo Spirito di Cristo che era in loro, quando predicava le sofferenze destinate a Cristo e le glorie che le

avrebbero seguite. A loro fu rivelato che, non per se stessi, ma per voi erano servitori di quelle cose che ora vi sono annunciate per mezzo di coloro che vi hanno portato il Vangelo mediante lo Spirito Santo, mandato dal cielo: cose nelle quali gli angeli desiderano fissare lo sguardo.

Verbum Dómini.

Deo grátias.

Sequitur Allelúia:

Allelúia, allelúia.

Hic venit ut testimónium perhiberet de lúmine, ut paráret Deo plebem perféctam. Allelúia.

Postea diaconus, vel sacerdos, ad ambonem pergit et dicit:

Dóminus vobíscum.

Et cum spíritu tuo.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam

Glória tibi, Dómine.

Lc 1,5-17

Al tempo di Erode, re della Giudea, vi era un sacerdote di nome Zaccarìa, della classe di Abìa, che aveva in moglie una discendente di Aronne, di nome Elisabetta. Ambedue erano giusti davanti a Dio e osservavano irreprensibili tutte le leggi e le prescrizioni del Signore. Essi non avevano figli, perché Elisabetta era sterile e tutti e due erano avanti negli anni.

Avvenne che, mentre Zaccarìa svolgeva le sue funzioni sacerdotali davanti al Signore durante il turno della sua classe, gli toccò in sorte, secondo l’usanza del servizio sacerdotale, di entrare nel tempio del Signore per fare l’offerta dell’incenso. Fuori, tutta l’assemblea del popolo stava pregando nell’ora dell’incenso.

Apparve a lui un angelo del Signore, ritto alla destra dell’altare dell’incenso. Quando lo vide, Zaccarìa si turbò e fu preso da timore. Ma l’angelo gli disse: «Non temere, Zaccarìa, la tua preghiera è stata esaudita e tua moglie Elisabetta ti darà un figlio, e tu lo chiamerai Giovanni. Avrai gioia ed esultanza, e molti si rallegreranno della sua nascita, perché egli sarà grande davanti al Signore; non berrà vino né bevande inebrianti, sarà colmato di Spirito Santo fin dal seno di sua madre e riconurrà molti figli d’Israele al Signore loro Dio. Egli camminerà innanzi a lui con lo spirito e la potenza di Elia, per ricondurre i cuori dei padri verso i figli e i ribelli alla saggezza dei giusti e preparare al Signore un popolo ben disposto».

Verbum Dómini.

Laus tibi, Christe.

Deinde fit homilia, quæ a sacerdote vel diacono habenda est.

Homilia expleta, cantatur vel dicitur symbolum seu professio fidei:

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei Unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero, génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descendit de cælis. Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine, et homo factus est. Crucífixus étiam pro nobis sub Póntio Piláto; passus et sepúltus est,

LITURGIA EUCHARISTICA

Sacerdos dicit:

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accévimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ.

Populus acclamat:

Benedíctus Deus in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accévimus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et óperis mánuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritális.

Benedíctus Deus in sæcula.

Stans postea in medio altaris, versus ad populum, extendens et iungens manus, sacerdos dicit:

Oráte, fratres:

ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Populus surgit et respondet:

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem super oblata:

Múnera pópuli tui, Dómine, propítius inténde, in beáti Ioánnis Baptístæ sollemnitáte deláta, et præsta, ut, quæ mystério gérimus, débitæ servitútis actióne sectémur.

Per Christum Dóminum nostrum.

Amen.

Tunc sacerdos incipit Precem eucharisticam.

Dóminus vobíscum.

Et cum spíritu tuo.

Sursum corda.

et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras, et ascéndit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis. Et in Spírítum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám.

Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum.

Et exspécto resurrectionem mortuórum, et vitam ventúri sæculi. Amen.

Deinde fit oratio universalis, seu oratio fidelium.

Habémus ad Dóminum.

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

Sacerdos prosequitur præfationem, manibus extensis.

In fine autem præfationis iungit manus et, una cum populo, ipsam præfationem concludit, cantans vel clara voce dicens:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

PREX EUCHARISTICA

Accípite et manducáte ex hoc omnes: hoc est enim Corpus meum, quod pro vobis tradétur.

Accípite et bíbite ex eo omnes: hic est enim calix Sánguinis mei novi et ætérni testaménti, qui pro vobis et pro multis effundétur in remissionem peccatórum. Hoc fácite in meam commemoratiónem.

Mystérium fidei.

Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectionem confitémur, donec vénias.

Sacerdos accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spírítus Sancti,